

C V D

A T G G

1 6 1 1

R. d. 26x  
A. 309

Erinnerung

*al* 31  
DISPUTATIO  
*De*  
**INTERDICTIS**  
ex Tit. ff. C. & Institutio-  
num desumpta,  
*Quam*  
**D. O. M. A.**

Veniā & permisso Amplissimæ facultatis  
Iuridicæ in illustri Julia Academia,

*PRAESIDE*  
**IOHANNE à Langen/VWestph.**

*defendet*

**PASCH. von der Lühe.**

die 7. Septemb.



**HELMAESTADII.**  
*Ex officina typographica IACOBI LVCII,*  
ANNO M. DC XL



REVERENDISSIMO ET IL-  
LVSTRISSIMO PRINCIPI  
AC DOMINO, DN.

IVLIO AVGVSTO,  
DVCI BRVNSVICENSI ET  
LVNAEBVRGEN. ABBATI IN

Michaëlstein, domino suo

clementissimo,

*Hanc disputatiunculam*

humiliter & cum debita animi  
subiectione,

O. & D.

PASCH. von der Lühe.



ANNO MDCXCV



Ad Nobilissimum & doctissimum Dn.  
Respondentem, amicum di-  
rectissimum.

**S**se bonis ortum laus est, dignumque  
relatu,  
Et genus & proauos quem retulisse  
suos.

Attamen eximias didicisse fideliter artes,  
Stemmaq; virtutis condecorasse bono;  
Hoc opus hic labor est, pauci quibus aura be-  
Affulsit, decori sic tribuere decus. (nigna  
Paschasi Aonidum non vltima fama triumphes;  
Namq; petunt alij quæ sibi, dona tenes.  
Sin pietas, sin alma fides, si splendor honesti,  
Virtutes reliquæ si meruere decus:  
Tu (fas vera loqui) laudemq; decusq; mereris,  
Iureq; præstantes inter habere viros.  
Arma iuuent alios, & belli dira cupido  
Sæuire in vitam suadeat alterius.  
Tu sacer es Musis, Musarum castra sequentes  
In quacunq; potes parte iuuare iuuas.

Ergo

Ergo prius nullo pascentur flumine pisces,  
Sidera sub cœlo sunt peritura prius,  
Quam nos vlla tui capiant obliuia: donec  
Debitus è studijs ritè redibit honos.  
Semper honos nomenq; tuū laudesq; vigebunt  
Semper carminibus te celebrabo meis.

*Johannes Foltenius, Fries.*



Elio

DISPUTATIO IURIDICA,  
DE INTERDICTIS.

Resp. PASCH. von der Lühe.

Supra thesi ss. disputationis praecedentis singularem de Interdictis, materia quotidiana & mulum virili, disquisitionem promisimus, cui promissioni iam oīū ſatisfaciemus.

THESES I.

**I**nterdicere veteribus dicebatur, pro vehemen- Definitio  
tiūs & imperiosius decernere. Vocabulum enim INTER nominis.  
nonnunquam vim augendi obtinere, verbis: INTERFI-  
CERE, INTERIMERE, satis docemur. vide Prat. Hot.  
Briß. in Lex. in verb. interdicere.

2. Alias & magis propriè denunciare & prohibere significat. §.  
summa autem. in fin. Inst. de Interdict. Hinc formulæ illæ: interdicere  
administrationem bonorum malè rem gerentibus, interdicere  
aqua & igni &c.

3. Præcisè autem interdicere est interdicto agere vel per præ-  
torem interdicere. vide l.6. ff. ne quid in loc. publ. l.3. § 5. ff. uti poſid. l.3.  
§.4. ff. quod vi aut clam.

4. Interdicta igitur ab interdicendo dici, non absq; ratione di- Etymolog.  
citur. Treutl. p.2. disp. 25. th.1. lit. a. per l.1. de flum. publ. VVes. hic. n.3.

5. Quanquam æquè prægnantibus fundamentis nitantur ij, qui  
ex eo appellata interdicta volunt, quod inter duos dicantur. §.2. in  
fin. Inst. de Interdict. Arum. disp. pen. exercitat. 9. vide Forst. disp. 4. p. 2.  
thes.1. lit. a. ad duos enim tanquam præsentes litigatores dirigeban-  
tur. l.1. in pr. ff. quor. bon. l.1. in pr. ff. de tab. exhib. l.1. in princ. & §. ait præ-  
tor. ff. de mort. infer. l.2. in pr. ff. ne quid in loc. publ. l.1. in pr. de via publ. l.  
unic. in pr. ff. de rip. mun. l.1. in pr. ff. de vi & vi arm. l.1. in pr. ff. uti poſi-  
deris. & paſim.

6. Alterâ igitur harum sententiarum retentâ eorum opinionem  
probare non possumus qui interdictum quasi interim dictum voca-  
ri putant. Cuiac. in par. ff. & C. cod. Vult. lib. 2. I.R. c.21.

A

7. Ratio

7. Ratio est in promptu: Quia nonnulla interdicta totam quæstionem finiunt, ut est interdictum de itinere actuq; priuato. l.3. §.13. vers. itaq; qui. ff. de itin. actuq;. & interdictum de aquâ quotidiana & æstuâ. l.1. §. vlt. de aqua quot. & assert. Forst. d. th.1. lit. e. quæst. 1.

8. Cum tamen ex Cuiac. & Vult. sententia propterea quasi interim dictum dicatur quod totam litem non perimat, sed ad tempus tantum possessionem alterutri litigantium addicat, donec de proprietate iudicetur.

Definitio  
sci. 9. Interdicta erant formulæ ac conceptiones verborum quibus prætor iubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat. §.1. Inst. h.t.

10. Et differunt ab edicto, hoc enim lex prætoris atq; ita ius publicum est. §. prætorum. Inst. de iur. natur. gent. & ciu. ad omnes pertinens. l. iura. ff. de leg. illa sunt ius priuatum & personale, l.1. §. pen. de interd. Plures differentias vide apud Forst. d. disp. 4. th.1. lit. a. in fin.

11. Hodie formulæ & impetratiōnib; sublatis t.t. C. de form. & impetrat. sunt extraordinariæ in factum actiones l.1. §. pen. hoc tit. §. fin. Inst. eod. VVes. in parat. hic. n.3. Schneid. in pr. Inst. hic. num. 27. ubi obserua quatuor genera actionis in factum. Treutl. d. th.1. lit. c.

12. Quæ à veteribus & antiquis illis formulæ effectu pæne nihil differunt arg. rub. ff. h.t. Exemplo enim interdictorum l.2. C. vnde vi. competere dicuntur de possessione vel quasi. §. 1. §. sequens diuisio. Inst. h.t. Bronch. cent. 2. assert. 48.

13. At distinguunt Dd. comm. interdictum ab actione ipsâ subiectâ materiâ, illud de possessione vel quasi, hanc verò de proprietate vel iure quodam dari contendentes.

14. Malè. Nam & actio de possessione competit ut docet l.1. in pr. ff. que in fraud. cred. l.2. §. 1. ff. de prec. l. vlt. C. de act. empt. Forst. d. th.1. lit. d.

15. Sed ad realēsne actiones interdicta referenda sunt? Ita omnino censeo, ut methodum Vulteianum superiore disputatione à nobis maximâ parte obseruatam faluem.

16. Ratio: Quia interdicta sunt de possessione: possessio autem in re consideratur. VVes. par. hic n.7. eleganter Dn. Vult. d. lib. 2. c. 21. n. 16. adde quæ habet Forsterus d. th.1. lit. c.

17. Non moueor l.1. §. pen. ff. hic. cuius veram & sanam explicacionem vide apud VVes. d. loco. nu. 2. Dis. inter alios Dn. Henon. ad Inst. disp. 23. th. 12.

18. Pri-

18. Prima & summa Interdictorum diuisio est, quod alia compen- Prima di-  
tunt de rebus publicis, alia de rebus priuatis. l.2. ff.eod. uisio.
19. De rebus publicis interdicta sunt quæ iuris vel usus publici  
tuendi caussâ dantur. Dn. Vult. d.c.21.
20. Hæc sunt de rebus diuinis vel humanis. Res diuinæ hic in-  
tellige loca sacra, religiosa, sancta. l.1. l.2. ff.h.t.
21. De locis sacris & sanctis est interdictum: Ne quid in loco sa-  
cro fiat. l.2. §.1. h.t. t.t. ff. ne quid in loco sacr. Et est populare, compe-  
tens cuius de populo arg. l.14. §.5. C.de S.S. Eccl. l.1. C.de Episc & Cler.  
VVes. in par. ff. ne quid in loc. sacr.
22. De locis religiosis est interdictum: de mortuo inferendo, de  
sepulchro ædificando, vel reficiendo l.1. & t.1. ff. de mort. infer. vbi  
VVes. in par.
23. Res humanæ hic accipe loca & opera publica, tum etiam  
ius quodammodo publicum d.li.eod.
24. De locis & operibus publicis interdicta dantur: De locis &  
itinerebus publicis lib.43. ff.t.7. Ne quid in loco publico vel itinere  
fiat: De via publica, & si quid in ea factum esse dicatur: De via pub-  
lica & itinere publico restituendo: De fluminibus publicis: De ri-  
pis &c. de quibus omnibus vide Dn. Vult. d.c. & VVes. in par.t.7.8.9.10.  
11.12.13. & 14. lib.43. ff.orum.
25. De iure quodammodo publico interdicta tria dantur: Pri- De homine  
mum est de homine libero exhibendo, quod competit si homo li- libero ex-  
ber ab aliquo detineatur l.1. ff. de hom. lib. exhib. cuilibet studioso li-  
bertatis l.3. §.hoc interdictum, ff. d.t. & quidem sineulla dilatione l.si  
quis. §. sine ullo tempore. ff.eod. estq; perpetuum d. l.3. §.fin.
26. Secundum est de liberis exhibendis atq; ducendis, compe- De liberis  
tens parentibus liberos in potestate habentibus. l.1. & 3. ff. de lib.  
exhib. & duc. l.1. cum seq. C.eod. Et quidem contra eos à quibus libe- exhibend.  
ri detinentur inuiti non sponte sua l.5. ff.eod.
27. Tertium interdictum est de liberto exhibendo competens De libert.  
patrono aduersus eum apud quem non suâ sponte est libertus. §. exhibend.  
exhibitoria. Inst de Interd.
28. Ad eandem classem refero interdictum de uxore petenda ab De libris  
alio detentâ. de quo in l.2. ff.de lib. exhib. t. si inuita.ii. C.de nupt. l.si.ad  
instar.3. C.de lib. exhib.

A 2

29. Et

29. Et hæc interdicta dantur de rebus publicis: de priuatis quæ dantur, sunt: quæ rei familiaris tuendæ caussâ competunt. *Vult. d.c. num. 25.*
30. Hæc vel ad bonorum vniuersitatem vel ad res singulas pertinent: De bonorum vniuersitate est interdictum quorum bonorum: De rebus singulis est interdictum: Vti possidetis &c. de quibus omnibus infr. diuisione vlt.
- Secunda diuision.**
31. Secunda diuisione est qua alia dicuntur prohibitoria, alia restitutoria, alia exhibitoria, alia mixta. *l. 1. §. interdictorum. l. 2. in pr. ff. eod. §. summa. Inst. eod.*
32. Prohibitoria sunt quibus prætor vim fieri vetat sine vitio possidenti. *d. §. summa.*
33. Sine vitio autem possidere dicitur, qui vel rei, seruandæ caussâ, vel ventris nomine, vel quâ aliâ caussâ in possessionem missus est, & si hic venire in possessionem ab aliquo prohibetur, vel, ubi venit, eâ pulsas est, vim fieri dicimus. *l. 1. §. 2. & l. 3. §. 4. in pr. & §. vlt. ff. ne vis fiat ei qui in poss. miss.*
34. Restitutoria sunt, quibus restitui aliquid inbet prætor, scilicet opus in pristinum suum statum vel possessionem ei qui ab ea deiectus est. *d. §. 2.*
35. Exhibitoria sunt, quibus prætor aliquid exhiberi iubet *d. §. 2.* Et hæc tantum distant ab actione ad exhibendum, quantum interdicta ab actionibus. *VVes. ad d. §. 2.*
- Tertia diuision.**
36. Mixta dicuntur quæ sunt & prohibitoria & exhibitoria simul *d. l. 1. & 2. eod.*
37. Tertia diuisione est, quòd alia sint propria, alia communia: Propria dicuntur quæ sunt tantum de rebus publicis vel de rebus priuatis: Communia, quæ sunt tamen de rebus publicis quam priuatis. *Dn. Vult. d.c. n. 28. & 60.*
- Interdictū quod vi aut clam.**
38. Communia sunt: I. Quod vi aut clam: cui vicinum est interdictum de noui operis nunciatione. II. de damno infecto, his exceptis reliqua omnia sunt propria.
39. Interdictum quod vi aut clam, est restitutorium spectans ad hoc, ut quod vi aut clam factum est, in pristinum statum reponatur. *l. 1. ff. quod vi aut clam l. is qui. ii. §. & hoc interdictum. l. 20. §. pen. eod.* Quot autem modis quid vi vel clam factum esse dicatur, docet *l. 1. ff. d. s.*

- ff. d.t. l. *Quintus Mutilius*. 73. §. vi factum. ff. de R. I. l. 3. §. clam facere. ff. d.t.  
40. Datur hoc interdictum domino prædij in quo opus factum Cui detur.  
est. l. interdictum. 17. ff. d.t. & omni illi cuius interest l. is qui. ii. §. fin. l.  
deniq. 13. §. ex socijs. l. competit. 16. in pr. ff. d.t. transferturq; ad heredes  
d.l. deniq. §. quesitum.
41. Et cum venditor non emptor ante traditionem adhuc præ-  
dij venditi dominus sit. §. utiq. Inst. de empt. & vend. Illi non huic da-  
tur hoc interdictum, si quid vi aut clam in prædio vendito fiat. d.l. ii.  
§. si postquam.
42. Et datur non tantum contra eum qui vi aut clam fecit, ve- Contra  
rūm & contra eum cuius iussu factum est. l. & qui. §. hac verba. & §. fin. quem.  
ff. d.t. d.l. deniq. §. si colonus. & §. fin. l. semper. 15. §. si in sepulchro. d.t. imò  
contra heredem. d. §. hac verba. d. l. 15. §. hoc interdictum.
43. Venit autem restituendum in hoc interdicto id quod inter- Ad quid.  
est. d. §. hoc interdicto. l. 21. §. fin. eod. l. videamus. §. in interdicto. ff. de usu-  
ris. quod tamen non habet locum in herede, qui soluendo id, quod  
ad se venit, liberatur. d. §. hoc interdictum.
44. Post annum non competit hoc interdictum. d. §. hoc interdi- Quam diu.  
ctum. l. si vitem. 22. eod. Annus autem cedere incipit, ex quo id opus  
perfectum est, aut fieri desijt, licet perfectum non sit. d. §. hoc inter-  
dictum.
45. Interdictum de noui operis nunciatione huic vicinum esse Interdictū  
l. 7. §. ait Julianus. ff. b. t. supra diximus. Quod interdictum respicit de noui o-  
pera futura ne fiant, in quo differt ab interdicto quod vi aut clam, per. nunc.  
ad opera iam facta respiciente. l. i. §. i. de oper. nou. nunc.
46. Et est duplex hoc interdictum: unum Restitutorium, alte- Duplex.  
rum Prohibitorum. Dn. Vult. d.c. n. 63. VVes. in par. ff. eod.
47. Restitutorium datur nunciatori contra nunciatum, ad hoc, Cui & con-  
vt, quicquid fecerit post nunciationem ante remissionem nuncia- tra quem  
tionis aut satisdationem restituat. l. prætor. 20. in pr. ff. de oper. nou. detur?
48. Prohibitorum datur nunciato contra nunciantem, ad hoc,  
vt, si satisdatum aut remissio facta fit, ædificanti vis non fiat. d. l.  
prætor. §. deinde. 7. VVes. & Cui. in par. ff. eod.
49. Secundum communium interdictorum est de danno infe- Interdictū  
cto. Est autem damnum infectum damnum nondum factum, sed de danno  
quod futurum veremur. l. 2. & seq. ff. de dam. infect.

50. Interdictum igitur de damno infecto est, quod datur ad hoc, ut si quid ex eo quod ædificatur aut fit, damnum aliquando contingat, eo nomine satisfatio præstetur de damno isto sarciendo. *I. hoc amplius. 9. in pr. l. 7. in pr. d. t.*

**Qui detur.** 51. Cui competit hoc interdictum & cui cauendum sit, totum hoc iurisdictioni, id est, arbitrio prætoris subjicitur. *I. qui bona fide.*

*13. §. qui damni infecti. 3. ff. d. t.*

52. Non competit tamen ei, qui in vicinis ædibus deambulat, lauat, diuertit. *d. §. damni infecti.*

53. Non tantum autem domino verum & fructuario vicinarum ædium datur. *I. prætoris. 5. §. fin. d. l. 13. §. superficiarium. 8. ff. d. t. l. 7. §. unde etiam ff. de usu fr. & queri.*

54. Quid de creditore dicemus qui pignus accepit, id est, cui vicinæ ædes pignori sunt obligatae? huic prospiciendum per stipulationem. *I. quid de creditore. 11. ff. eod.*

**Contra quem.** 55. Licet autem regulariter dominus tantum vitiosarum ædium conueniri possit hoc interdicto: tamen in nonnullis hoc limitatur.

56. Sic si dominus in controversia sit, damni infectionis possessoris est, & id quod præstiterit domino prædij imputari potest. *I. inter quos, §. si dominus. d. t.*

57. Sic si solum sit alterius, & superficies alterius, vterq; & dominus soli & superficiarius conueniri potest. *I. hoc amplius. 9. §. quesi- tum h. t.*

58. Sic (quod notandum) cum inter ædes meas & tuas sint ædes alii non vitiosæ, ambo cauere mihi tenemini. Quia fieri potest, ut ædes vitiosæ in ædes non vitiosas incidentes damnum mihi dent. *d. l. qui bona fide. §. cum inter. 2.*

59. Sed dixerit aliquis: damnum h̄c non fieri vitio incolumum ædium? Respond. ICtus d. §. cum inter. quod meritò conueniatur cum sibi prospicere potuerit per damni infecti cautionem. Damnum autem quod quis suā culpā sentit non intelligitur sentire.

60. Sed & illud h̄c necessariò admonendi sumus quod actor hanc cautionem petens, primò de calumnia iurare teneatur. *d. l. prætor ait. 7. in pr. d. l. 15. §. qui damni.*

**Quarta diuisio.** 61. Quarta interdictorum diuisio est quod quedam sint simplicia, quedam duplicita. *§. tercia. Inst. b. t. l. 2. in pr. ff. eod.*

62. Sim-

62. Simplicia sunt in quibus alter actor, alter reus est, qualia sunt omnia restitutoria & exhibitoria & quædam etiam prohibitoria. d. §. 7. d. l. 2.

63. Duplicia, in quibus par utriusque litigantis conditio est, & unusquisque tam rei quam actoris partes sustinet, ut sunt interdicta retinendæ possessionis: Vti possidetis & Vtrubi. dd. text. Is tamen maximè actor intelligitur in his interdictis qui prius ad iudicium prouocauit. l. 2. in pr. ff. commun. diuid. l. in tribus. 33. cum seq. l. qui prior. 29. ff. de iud. Forst. d. th. 1. lit. f. quest. 2.

64. Quinta diuisio est, quod quædam dantur de possessione vel Quinta di. quasi: quæ est propria natura interdictorum: quædam etiam proprietatis caussam continent. d. l. 2. §. quedam, ut est interdictum de aquâ quotidiana & aestiuua. l. 1. §. vlt. ff. de aqua quot. & interdictum de itinere actuq; priuato. l. 2. §. 11. iunct. §. hoc autem. ff. de itin. act. priu. Hæc tamen in consequentiam tantum proprietatis caussam continent. Vide Dn. Vult. d. c. 21. n. 19. cum seqq. Forst. d. disp. 4. th. 1. lit. e.

65. Sexta diuisio est quod quædam sint annalia quædam perpetua. Sexta di. tua. d. l. 1. §. fin. ff. h. v. Annalia sunt: Ne vis fiat ei qui in possessionem uisio, missus est. l. 1. §. 8. ff. ne vis fiat. Quod vi aut clam. l. 15. §. 3. quod vi aut. Vnde vi l. 1. §. 39. de vi & vi arm. Vti possidetis. l. 1. in pr. ff. uti possidetis. de quibus sequenti diuisio. Perpetua sunt: de homine libero exhibendo l. 3. §. vlt. de hom. lib. de precario l. 8. §. pen. de precar. de tabulis exhibendis. l. 3. §. pen. de tab. exhib. de migrando l. 1. §. vlt. de migr. &c.

66. Sequitur ultima & præcipua interdictorum diuisio à fine du- Septima & eta, quâ comparata quædam dicuntur adipiscendæ possessionis ultima di- caussâ, quædam retinendæ, quædam recuperandæ. §. consequens. uisio. Inst. hoc t. l. 2. §. vlt. ff. eod.

67. Interdicta possessionis adipiscendæ sunt interdicta compa- Adipisc. rata possessionis, quam nunquam habuimus acquirendæ caussâ. §. pos. interd. adipiscendæ. Inst. h. t. d. l. 2. §. adipiscendæ.

68. Horum sex genera numerantur à Menochio in commentario de adipiscenda possessione.

69. Primum est interdictum Quorum bonorum quod competit Interdictum ei cui ex edicto prætoris bonorum possessio, ex testamento vel ab quorum intestato delata, data est. l. 1. ff. quorum bonor. l. 1. & 2. C. eod. bonorum & cui de-

70. Sed directumne an utile interdictum detur illi, qui extestatur, mento

mento vel ab intestato delatam hereditatem agnouit? dubio non caret: Nos huic vtile interdictum dati arbitramur. arg. l. i. in pr. ff. eod. Menoch. de adip. poss. remed. l. n. 33. & seq. VVes. in par. ff. b. t. num. 7. Vult. d. c. 41.

71. AEquè dubium & illud est, vtrum suo etiam heredi competit hoc adipiscendæ interdictum? competere asserimus. Nam nec in hunc continuari defuncti possessionem verius est, sed præuiā apprehensione eam acquirere necesse habet. l. fin. C. de edict. D. Hadr. toll. l. i. §. 2. & 16. l. 20. §. 2. l. 23. de acquir. poss. l. 16. ex quib. causs. maior. Gœd. ad l. 24. n. 18. & seqq. de V. S. Gail. 2. obf. 129. n. 7. Bronch. cent. 3. ass. 84. VVes. d. l. n. 7. Marant. p. 4. dist. 7. n. 3. & nouis. Dn. Hanon. d. disp. 23. th. 1.

72. Quid autem si agenti exceptio dominij obijciatur? admittendam censemus cum Menochio, rem. l. n. 102. si modo in continenti probari possit. Non obstat l. fin. C. eod. cuius explicationem vide apud Cuiac. in par. C. eod. Trentl. d. th. lit. g. dissent. VVes. n. 6. in par.

73. Datur hoc interdictum aduersus eum, qui pro herede vel pro possessore possidet, imo aduersus quemuis detentatorem. l. i. pr. bic. l. 2. C. eod.

74. Non autem contra titulo iusto possidentes, quod elicitor ex verbis interdicti. l. i. eod. concordat. l. 2. C. eod. Cum ne quidem petitio hereditatis detur. In pari enim caussa & titulo possessor obtinere debet. c. in pari. de R. I. in 6. §. commodum. Inst. de Interd. VVes. in par. d. n. 7.

75. Non tamen hoc interdicto debitores hereditarij, id est, juris possessores tenentur; sed tantum corporum possessores. l. 2. b. t. Personalibus igitur conditionibus heres exemplo defuncti huiusmodi debita exigere debet. VVes. d. n. 7.

Ad quid. 76. Pertinet hoc interdictum ad vniuersitate in bonorum, d. l. i. §. i. respectu ipsius actoris, ex cuius iure metimur actionem, cum de eius conditione agitur. l. i. §. ii. ff. si pars her. pet.

77. Imò competit etiam de rebus singulis & minimis, quas quis pro herede vel possessore possidet l. i. in pr. ibi: quod de his bonis. d. i. l. 9. l. seq. ff. de pet. her.

78. Et generaliter circa hoc interdictum obserua, agentem interdicto Quorum bonorum non aliter adepturum possessionem rerum, quam si iudici probauerit se esse heredem, & bonorum illorum,

Contra  
quem.

Ad quid.

rum, quorum possessionem adipisci cupit, possessionem agnouisse.  
Cuiac. in par. C. eod. Dn. Vult. d. n. 14. Marant. d. dist. n. 4.

Hinc patet utilius esse agere ex hoc interdicto.

79. <sup>30</sup> Hinc patet: ut illius esse, agere ex hoc interdicto, quam ordi-  
nariâ hereditatis petitione, tunc quod in hoc non tam exactæ pro-  
bationes, vt in ordinarijs iudicijs requiruntur. *VVef. d. n. 6.* tum  
quod à sententiâ latâ super hoc non appellatur ad effectum retar-  
dandæ executionis, per l.i. C. si de mom. poss. *Menoch. d. dist. 7. n. 9.*

80. Secundum adipiscendæ possessionis interdictum dicit Me- Interdictū  
noch. Quorum legatorum, quod datur heredi ad adipiscendam quorum le-  
possessionem rei legatæ, quam legatarius propria autoritate oc- gatorum.  
cupauit. l.l. in pr. ff. quor. legat. l. vnic. C. eod. Maranta d. loc. n. 10. Nec est  
superuacaneum etiam de iure iust. per rationem l.l. §. 2. vers. etenim. ff.  
h.t. Treut. th. 2. lit. a. ubi dissentientes allegat, eorumq; argumenta ex lubrico  
principio exstruēti asserit, ut eleganter ibidem demonstrat. adde Schn. hic  
num. 19.

81. Competit hoc interdictum non tantum heredi, verum etiam cui detur  
heredi heredis. l. i. § hoc interdictum eod. Non tamen aliter admittitur  
heres, quam si paratus sit legatorum nomine satis dare. l. i. §. quod  
ait prætor. d. t.

82. Et datur non tantum contra occupantem sed etiam contra Contra  
successores eius. *d. l. i. §. legatorum.* & contra hos non tantum vni- quam  
uersales sed etiam singulares. *d. l. i. §. illud.*

83. Sed quid si officio iudicis legatus possessionem consecutus sit? etiam & contra hunc. l.5. l.17. ff. ut in poss. legat. d.l.i. §.9. ff. b.t. diff. Menoch. rem. 2. n.82. per l.2. C. comm. legat. Verum veram eius legis interpretationem vide apud Cuiac. in par. C. ibid.

84. An etiam contra donarium mortis caussâ? negat *Vves.* in  
par. n. 6. hic per l. i. §. si quis mortis. affirmat *Cui.* in par. C. quod legat.

85. Venit in hoc iudicio restituendum, quod legatorum nomine Ad quid,  
legatarius occupauit. d.l.i. §.2. & 7.eod. etiam id quod interest. d.§.2.

86. Et hoc obtinet cum legatarius res legatas ante hereditatem ab herede possessam occupat & inuadit, Hoc enim casu mitius cum eo agendum est, qui rem iuris interpretatione suam, *i. à Titio. ff. de furtis. l. r. & 2. C. comm. legat.* à nemine possessam occupauit.

87. Alio autem casu, vbi iam ab herede possesstam violenter in-  
uadat & extorqueat, iure legati cadit, l.s. C. de legat. arg.l.exstat. 13. ff.  
B quod

- quod met. caus. l.7. ff. unde vi. VVes. in par. h.t. nu.7. Marant. d. num.10.*
- Affiniare-** 88. Affinia huius interdicti remedia sunt: Rei vindicatio. l. omnia. § fundum. ff. de legat. 2. & petitio hereditatis, quæ cumulari potest cum hoc interdicto, si incertum sit, utrum legatarius pro legato, an pro herede, vel possessore rem possideat. l. i. §. quia autem. d. t. quor. legat.
- Interdictū** 89. Tertium interdictum est Saluianum, quo fundi dominus locator persequitur res coloni in fundum inductas & pignori sibi obligatas. §. interdictum quog. Inst. de interd. l. i. §. si colonus. ff. de Saluian. interd.
- Cui detur & contra quem.** 90. Datur igitur ipsi domino contra colonum dd. text. Sed quid si res illatas inuectasq; colonus alienauerit? contra hunc tertium utiliter dari puto, d. l. i. in pr. l. i. C. de precar. Menoch. rem. 3. q. 7. n. 55.
91. Eadem ratione directum datur contra colonum, utile contra inquilinum l. 4. in pr. ff. in quib. caus. pig. tac. Menoch. d. rem. 3. q. 5. n. 46. & 51. VVes. in par. h.t. n. 3. Negutz. tract. de pign. p. 4. memb. 1. n. 5.
92. An & contra colonum coloni datur hoc interdictum? negam. per l. 24. §. i. ff. locat. Menoch. alleg. loc. n. 99.
93. At benè dari putamus contra inquilinum inquilini: rationem diuersitatis suppeditabit. d. l. 24. §. i. l. ii. §. s. de pign. Negutz. d. loc. n. 135. Menoch. d. loc. n. 96. Bronch. cent. i. misc. cont. ass. 80.
94. De minori hoc casu non leuis est disputatio. Et cum eius bona pro pensione praedij obligentur, arg. l. 101. de V. O. etiam hunc conueniri hoc interdicto posse cum Dn. Treutlero tuebimur. Dis. pluribus Menoch. d. lo. n. 66. & seqq.
95. Non minus controuersa & haec est quæstio: utrum hoc interdictum competit cuius creditor ad persequendam possessionem rerum cuiuscunq; debitoris pignori tacite vel expressè obligatarum? Nos quasi Saluianum dari dicimus. per l. i. C. de prec. Myns. ad § item Seriani. Inst. de act. n. 41. VVes. in par. n. 3. h.t. Bronch. cent. 4. ass. 22. Hanon. d. dis. 23. th. 2. Dis. Menoch. d. loc. nu. 21. Treutl. part. 2. dis. 20. th. 11. lit. e.
- Ad quid.** 96. Petitur hoc interdicto possessio rerum in praedium inuectarum eo animo ut ibi perpetuo maneant, l. 32. in fin. de pign. l. 7. §. i. in quib. caus. pig. tac.
97. Verum nec hoc sufficit, sed necesse est ut pro mercede locationis

- frionis pignori specialiter sint obligatae, per textum expressum in §. 3.  
 Inst. h.t. ibi: de rebus coloni quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepi-  
 gisset &c. l. 4. & 7. in quib. caus. pign. tac. l. 5. C. d. t. l. 5. C. locat. Borch. ad  
 §. item Seruiana. Inst. de act. VVes. in par. in quib. caus. pign. tac. eleganter  
 D. Hen. d. disp. th. 3. ubi etiam diuersitatis rationem vide cur aliud in illatis  
 in praeium urbanum obtineat. Diff. Treut. & ab eo allegati d. disp. th. 2. lit. h.  
 nudam scientiam domini sufficere putantes. Schn. de interdicto Saluiano n. 1.
98. Affine huius interdicti remedium est actio hypothecaria, Affin. re-  
 hac tamen illud pinguis esse inde liquet, quod in illo probare suf- med.  
 ficiat tantum possessionem in hac autem hypothecam, cuius pro-  
 batio difficilior. eleganter Schneid. d. loc. n. 8. Treut. d. th. 2. lit. g.
99. Quartum possessionis acquirendae remedium est ex l. vlt. C. Interdict.  
 de Edicto D. Hadri. tol. quo heres testamento institutus productus te- ex l. vlt. C.  
 stamenti tabulis in forma non vitiosis petit in possessionem rerum de edicto D.  
 hereditiarum immissionem &l. vlt. Marant. alleg. loc. n. 12. Hadriani,  
 tol.
100. Mittuntur ex hoc interdicto scripti in testamento, non suc- Quibus &  
 cedentes ab intestato. Menoch. adip. rem. 4. n. 64. aduersus
101. Fideicommissarium vniuersalem, siue fideicommissum testa- quos com-  
 mento, siue codicillis sit relictum, etiam ex hac lege mitti idem petat.
102. Idem iuris est in substituto, ut ex hac lege mitti possit. arg.  
 l. 1. C. d. t. l. 41. §. vlt. de vulg. & pupillar.
103. Hic non incommodè queritur: Si appareant coram iudice  
 duo heredes diuersa testamenta exhibentes, confessa eodem die,  
 ita, ut sciri non possit, vtrum altero sit prius vel posterius, quid iu-  
 ris? vide Sichard. ad d. l. vlt. n. 26. 27. 28. 29.
104. Res, in quas mittendus heres, sint hereditariae, & quidem Ad quid.  
 & quas mortis tempore testator possedit. Quas autem alius iusta  
 ex caussa possedit, in eas non antea mittitur heres scriptus quam  
 petitione hereditatis aut rei vindicatione egerit. d. l. vlt. §. sancimus.  
 vers. mittantur quidem.
105. Petitur haec missio coram iudice rei sitae, si de actuali agatur Coram  
 missione: si vero tantum de pronunciatione missionis, tum etiam quo.  
 coram iudice domicilij. arg. l. 12. C. ubi de her. ag. l. 2. C. de interdict.  
 l. 15. §. 1. ff. de re ind. l. 12. §. 1. ff. de bon. aut. ind. poss. Menoch. d. rem. 4.  
 num. 402.

**Quamdiu.** 106. Nullis temporum angustijs hæc missio coarctatur, sed est cum petitione hereditatis perpetua. *d. l. vlt. ad. 1. 1. 1.*

**Interdictū** 107. Quintum remedium est ex constitut. Diui Seueri & Antonini Impp. in l. 3. C. de pign. quo creditor ex speciali pacto non tamen pignor.

men propriâ sed iudicis authoritate rerum pignoratarum possessi-  
onem adipiscitur. *d. l. 3. concordat l. pignoris. 10. in fin. l. nominatori. 11.*  
*C. cod. arg. l. non est. 159. ff. de R. I. Gail. lib. 2. obser. 45. nu. 8. Diff. post gl.*  
*Menoch. rem. s. nu. s. putans verba illa: autoritate presidis, ex humanitate*  
*adiecta esse. Hunc sequitur Forst. d. th. 2. lit. h.*

**Cui detur.** 108. An hoc remedium in heredem creditoris transmittatur,  
quæritur? *Aff. Menoch. d. rem. s. n. 97. 98. 99.* Ratio: quia in dubio  
præsumitur quem velle sibi, & heredibus suis prouidere, *l. si pa-*

*ctum. 9. ff. de prob. l. heredi, §. nos autem, & l. qui in futurum, §. si ex altera,*  
*ff. de pactis.*

**Contra** 109. An contra heredem debitoris ita puto, si heres est eiusdem  
quem.

*aff. Menoch. d. rem. s. n. 108.*

110. Sed quid si sit diuersæ conditionis ut pupillus? adhuc puto

si succedat maiori non priuilegiato. *Menoch. d. lo. n. 108.*

**III.** Quæstionis non inelegantis est: si creditor adeptus sit pos-  
sessionem iudicis authoritate an dicatur pignus pretorium, an po-  
tius conventionale? posterius aff. ratio: quia iudex hoc casu non  
dat sed confirmat pignus. *vid. l. si ita fuerit. s. §. vlt. ff. de nouat. Menoch.*  
*d. loc. n. 159.*

**Iudicis of-** 112. Sextum ac ultimum adipiscendæ possessionis remedium est  
fic. circa a-  
dipisc. pos-  
sessionem. *biup LA*  
iudicis officium, quod obtinet in duobus casibus, quoruin primus  
est in herede qui amissio ordine iuris communis vel municipalis,  
propria autoritate hereditatem occupaturus est: alter in clericis,  
qui collati sibi beneficij possessionem vult consequi. de quibus o-  
mnino videndus *Menoch. d. rem. s. adip. poß. Marant. d. loc. num. 13.*  
*Forst. d. diff. th. 2. lit. h.*

113. Circa secundum casum mouentur à Menochio *d. loc. multæ*  
*utilissimæ quæstiōnes. M. lib. 1. h. 1. ad. 1. 1. 1.* *Col. 2.*  
est de eodem beneficio prouisum, utri eorum concedi debet hoc al-  
dipiscendæ remedium? Responde anteriori. Imò obtinet hæc sententia  
licet posteriori validiorem fortè titulum allegat, eumq; in conti-  
nenti probare velit. Præterquam enim quod multa contraria posse  
• In N. dor. *s. 8.*

riorem concessionem obijci possint, habet, prior ille intentionem suam fundatam, & sibi dicitur ius quæsumum. c. si tibi. de prab. in 6. quod nemini sine caussâ auferendum. Menoch. d. loc. n. 42.

114. Retinendæ possessionis interdicta sunt interdicta compara- Retin. poss. ta, possessionis quam habemus, tuendæ caussâ, aduersus eum qui interd. in possessione ista molestiam nobis facebit. §. retinendæ. Inst. de inter- dictis Dn. Vult. d. c. 21. n. 46.

115. Horum enumerantur nouem à Menochio in commentario de re- tinenda possessione. Primum facit interdictum ne vis fiat ei, qui in pos- sessionem missus est, quo consultum est illi possidenti, qui suam ne vis fiat possessionem prætoris autoritate consecutam tueri vult. l. i. ff. eod. Menoch. in prælud. de rem. retinend. posseß. n. 6. VVes. in par. n. 2. ff. ne vis fiat ei.

116. Obserua tamen hîc contra Menochium quod interdictum hoc propriè non sit retinendæ possessionis, cum missio ex primo decreto possessionem non tribuat, sed rei tantum seruandæ caussa fiat. eleganter Trentl. d. disp. 25. th. 3. lit. a. & disp. 24. th. 2. vide etiam Forst. d. disp. 4. th. 2. lit. c.

117. Hoc interdictum summâ prouidentiâ prætor proposuit, frustra enim in possessionem mitteret rei seruandæ caussâ, nisi mis- sos tueretur, & prohibentes venire in possessionem coërceret, d. l. i. §. 1.

118. Est igitur hoc interdictum prohibitorum & restitutorum. Cui detur l. i. §. hac actio. l. 3. §. cum prætor. ff. eod. & datur hæredi similibusque personis: non autem in heredes similesq; personas, nisi in id quod ad eos peruenit. d. l. i. §. fin.

119. Qui ob falsam caussam missus est in possessionem, vel qui ex- ceptione submoueri potest nihil debet ei prodeesse hoc interdictum d. l. i. §. hac verba. vers. proinde. quia nullum est quod falsum est. l. Pan- lus. de verb. sign.

120. Qua ratione prius ita constitutum sit, quæris? Resp. post Bart. Menoch. d. rem. i. n. 19. quia si is, qui falsam ob caussam missus est in possessionem, contra aduersarium hoc interdicto, quod eum prohibuerit, experiatur: ille aduersarius conuentus de actoris do- lo excipere poterit, atq; ita eum repellere.

121. Posterioris ratio est: quod obligatus is non dicitur, qui ex- B 3 ceptio-

- ceptionem habet, l. vel obligatus. de lib. caus. & l. Fulcinius. S. idem erit.  
ff. ex quibus caus. in pos. eat.
- Aduersus quem. 122. Conceditur hoc interdictum aduersus dominum prohibentem, missum in possessionem in ea esse. d.l. i. §. sed siue diuersus est causus in §. sequenti si quis. de quo vide Menoch. d. loc. n. 60.
123. Verum cur in pupillum prohibentem hoc interdictum non datur? d. §. hoc edicto? Ratio est: quia prætor prohibentis dolum requirit, qui in pupillo affectu carente esse non potest cum ignoret quid agat. l. i. §. infans. C. de fals. mon. vbi tamen doli capax est teneatur. d. §. hoc edicto.
- Quamdiu. 124. Annale hoc est interdictum d. §. vlt. quod non procedit in legatorum missione d. §. vlt. vbi diuersitatis ratio assignatur.
- Interdictū Vtrubi. 125. Secundum remedium est interdictum Vtrubi, quo agit possessio rerum mobilium aduersus eum qui possidenti circa possessionem molestus est. l. i. ff. utrubi. §. retinenda. Inst. de interdict.
126. Exæquatum hoc interdictum est cum sequenti, illud inter est quod hoc de mobilibus, sequens de immobilibus loquatur. §. quorum Inst. de interdict. d.l. i. §. i. quæ igitur in sequentibus copiosius dicuntur huc referri volo.
- Interdictū vti posside- 127. Tertium remedium est interdictum Vti possidetis, quo quis tuis. tuetur possessionem rerum immobilium vel quasi possessionem rerum incorporalium, vtiliter tamen, aduersus eum qui eandem sibi possessionem arrogat aut quo alio modo possidentem turbat l. 3. ff. vti possid. l. 8. §. Arist. in fin. si seruitus vind. Vult. d. c. n. 49.
128. Interdictum hoc est duplex, id est, vterq; litigator in eo & actor & reus est, vterq; sibi possessionem, de qua agitur, asserit. l. 2. in pr. ff. de interd. l. i. §. inter litigantes. ff. d. t.
129. Vincit autem is qui tempore litis contestat & possidet §. i. Inst. de interd. Menoch. d. lo. n. 714. Iure canonico qui antiquiorem possessionem probat. c. licet eam. de probat. Menoch. allegat. loc. nu. 725. & sequentib.
130. Quod si vterq; litigator ita probarit possessionem, vt non videat iudex vter eorum verè possideat? Hoc casu alterum alteri non condemnat. l. 3. in pr. d. t. sed pronunciat vt vti possident, ita possideant d.l. i. in fin. d.l. 3. in pr. l. vn. C. vti possid.
- Cuidetur. 131. Datur legitimè possidenti siue naturaliter siue ciuiliter. l. i. S. est

§. est igitur. & §. pen. ff. uti possid. Non autem vi deiecto cum ciuiliter non possideat, ut recte sentit cum Donello Aruma. disp. 19. th. 4. contra VVes. & Menoch.

132. Non nudo detentatori arg. l.3. §.8. hie. l.1. §.9. de vi arm. At bene Vasallo arg. §.rei autem. & §.vlt. de iuuest. dere al. fact. Menoch. d.l. n.81. Emphyteutæ arg. l.pen. §.1. ff. qui satisdare cogantur. l.66. ff. de enict. Menoch. d.l. n.84. Sequestro, apud quem verè possessio deposita est. l.39. de acq. poss. l.13. de usucap. Gæd. ad l.110. in fin. de V. S. & c.1. n.24. & sequ. ext. de sequest. poss. & fruct. alias secus arg. eorum quæ tradit Hanon. th.9. d. disp. Arum. exercit. 19. th.13. Etiam fructuario & usurario. l.vlt. ff. d.t.

133. Competit aduersus quoquis modo turbantem, quo minus Contra quis quiete possessione sua uti possit. Treuil. d. disp. th. 3. lit. f. & g. quem. VVes. hic n.s.

134. Datur hoc interdictum ad hoc ut possessio retineatur d. §.5. Ad quid. inst. de interd. & ad id quod interest, nobis vim factam non esse. d. l.1. in pr. l.3. §.vlt. uti possideris. & huius nomine est annale d.l.1. in pr.

135. Duo probabit actor in hoc interdicto: possessionem & tur- Quæ pro- bationem. Vult. d. loc. n.50. quibus probatis effectus eius sequuntur: banda acto nempe probans possessor declaratur, reus imposterum vim inferre ri in hoc prohibetur, & in id quod intererit condemnatur. d.l.3. §.vlt. interdicto.

136. Non tamen satisdare tenetur, quod in futurum actorem non turbabit: Quia specialiter eiusmodi satisdatio requiritur in seruitutibus. l. harum. 7. si seruit. vind. l.pen. ff. de aqua quott. & ast. rationem differentiæ vide apud Hanonium th. 5. & ibid. ab eo allegat. Disp. Gail. 1. obseruat. 166. VVes. in par. uti possid. nne. 5. Schneid. de interdict. uti possid. n.66.

137. Deniq; hoc interdicto agens illud maximè caueat ut aduersarium possidere dicat. Hoc enim casu contraria suæ intentioni ponet, cum etiam se possidere contendat. l. vn. C. uti poss. l.1. §.fin. ff. eod. Gail. 1. obser. 79. n.9.

138. Hinc petitorum in quo actor presupponit reum possidere l. vn. C. de alienat. iud. mut. caus. non potest cum possessorio retinendæ possessionis (quod presupponit actorem possidere) propter contrarietatem cumulari. Schneid. in §. retinendæ. n.12.

139. Quar-

Interdi-  
ctum de su-  
perficieb.  
**139.** Quartum remedium est interdictum de superficiebus, quo  
superficiarius agit ad retinendam possessionem superficie. *l. i. in pr.  
de superfic.*

Quid su-  
perficies.  
**140.** Superficies h̄ic significat quod solo inaedificatum est, *VVes.  
in par. de superf. paulò aliter Forst. d. disp. th. 3. lit. c. per l. qui res. §.*

Quid su-  
perficiari.  
**141.** aream. de solut. Superficiarius est, qui in solo alieno ædificauit, quod  
à domino conduxit eā lege ut in eo ædificaret, & sibi haberet ædi-  
ficium in perpetuū vel in plures annos, sub annuo salario. *Dn. Vult.  
sæpius alleg. c.*

Interdi-  
ctum de i-  
tinere actu  
q; priuato.  
**142.** Quintum remedium est interdictum De itinere actuq; pri-  
uato, duo habens capita: ex priori agitur ad retinendam quasi  
possessionem itineris, actus, viæ, ab eo qui eo anni usus est. *Dn. Vult.  
d. c. Trent. d. disp. th. 4. lit. b.* Ex posteriori agitur ad reficiendum iter  
actumq; quo anno usus est is qui agit, ad hoc, ne vis ei fiat quo  
minus reficiat. *l. 3. §. II. 13. hic. Vult. d. loc.*

**143.** Est & alia horum capitum differentia: in posteriori proba-  
tio iuris exigitur *l. 3. §. hoc autem. d. t.* in priori nequaquam, sed pro  
iure sufficit usus. *d. l. §. I.* Hoc enim merè est possessorum, illud et-  
iam proprietatis naturam admixtam habet. *Menoch. rem. 5. retin.  
posseß.*

Ad quid  
detur.  
**144.** Pertinet autem hoc interdictum tantum ad seruitutes ru-  
sticas, non urbanas, ne quidem utiliter. *Trent. d. th. per l. 1. §. I. verb.  
tantummodo. hic.*

**145.** Non tamen ad omnes seruitutes rusticas cum sit speciale in-  
terdictum de aquæductu, de quo sequenti remed.

Interdi-  
ctum de a-  
qua quoti-  
diana & æ-  
stiua.  
**146.** Sextum remedium est interdictum De aqua quotidiana &  
æstiua, quo quis agit ad retinendam vel etiam adipiscendam quasi  
possessionem ducendæ aquæ quotidianæ vel æstiuae. *Dn. Vult. d. loc.*

Cui detur.  
**147.** Datur ei qui ius habet ducendi aquam, atq; ita de titulo. *l. p.  
§. vlt. ff. de aqua quot. de certa mensura, d. l. I. §. illud. & de bona fide.  
d. l. I. in pr. constare debet.*

Requisita.  
**148.** Porro, ut huic interdicto locus sit, requiritur, ut aquam du-  
xerit

xerit vel semel saltē. d. l. i. §. quod autem. ut aqua sit perennis. d. l. i. §.  
lequitur. quæ sola duci possit. l. i. & 2. ff. de flum. si aqua est quotidiana  
ut quotidiē duci possit. d. l. i. §. quanquam si aestiva. quod super-  
riori æstate eam duxerit. d. l. i. §. quod autem diximus. §. qui hac æstate.  
verū de his omnibus vide Menoch. remed. & ret. poss. à num. 10. ad 13.  
inclusiæ.

149. Competit autē contra dominum fundi, à quo aqua ducitur, Contra  
aqueductum prohibentem. d. l. i. §. competit. etiam inter riuales quem.  
d. l. i. §. si inter riuales. etiam contra eum qui aliquod opus fecit in  
fundo è quo ducitur aqua; ut aqua corrumpatur. d. l. i. §. a. La-  
bed.

150. Cessare hoc interdictum, cum vel tempore vel alio modo,  
qui hoc ius habet, amisit, indubium est. Illud autem maximè du-  
biū quomodo amitti hæc seruitus dicatur? Respond. distingu-  
endo, quasi possessionem perdi lapsu unius anni, prætor enim eum  
solum tuetur, qui hoc anno vel superiori æstate aquam duxit. Ius  
autem ipsum vel temporis præscriptione, l. si sic. ff. quem. seruit. amit.  
l. vlt. C. de seruit. vel confusione, l. si quis ades. in pr. & §. i. ff. de seruit.  
urb. l. i. quem. seru. amit. &c alijs modis, quos vide hic apud Menoch. à  
n. 151. ad 157. inclusiæ.

151. Septimum, interdictum est de riuis, prohibitorum, ad hoc Interdictū  
ne reficieni riuos per quos aqua ducitur, vis fiat. l. i. §. i. ff. derinis. de riuis.

152. Quinque huius interdicti requisita recenset ex Capolla Me- Eius requi-  
noch. hic à num. 9. ad 16. exclusiæ. 1. riuum factum esse aquæ ducendæ sita.  
causâ, d. l. i. §. aquæ. 2. eoq; usum hoc anno, d. l. i. §. hoc interdictum.  
3. bona fide, d. §. hoc interdictum. 4. iam impediri, d. l. i. in pr. 5. riuum  
reficiendo non immutari. d. l. i. §. vlt.

153. Redditur hoc interdictum iisdem contra eosdem, quibus & Cui & con-  
in quos interdicta de aqua redduntur. l. Seruius. §. eisdem. ff. b. i. plus tra quos.  
ra ad hoc interdictum spectantia vide apud Menochium.

154. Octauum, est interdictum de fonte prohibitorum, ne du- Interdictū  
ctus vel haustus aquæ ex fonte impediatur: & ne fontis refectio & de fonte.  
purgatio retardetur. l. vn. hic.

155. Eadem sunt hæc dicenda, quæ ad personam (intellige cui de-  
tinet & contra quem) attinent, quæcunq; in præcedentibus interdi-  
ctis diximus, d. l. vn. §. hoc autem.

C

156. No-

- Iudicis of. 156. Nonum & ultimum retinendæ possessionis remedium facit ficum in Menochius iudicis officium, cum scilicet periculum est ne partes retinenda veniant ad arma, quod fit cum duo de eadem possessione contententes affirmant se possidere, & rem non iudicio sed armis definire cupiant. Approbatur hoc remedium l. si cuius. §. sed si inter. vers. cur enim. ff. de usufruct. vide Menoch. d. loc. Ordin. Cam. p. 2. t. 21. vers. ult. Et decernuntur hoc casu mandata poenalia quæ instar interdictorum censentur. Geil. 1. obs. 4.
157. Et generaliter obserua circa interdicta retinendæ possessionis, quod his agenti dominij exceptio non obstet, tum quod nihil interest iusta an iniusta sit possessio, l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. poss. l. 3. ff. uti possid. tum quod nulla alia exceptio admittatur quam si vi aut clam aut precario alter ab altero possideat, vide Hannium th. 7.
- Interdicta recuperan. 158. Sequuntur recuperandæ possessionis interdicta & remedia, quæ comparata sunt possessionis, quam aliquando habuimus, sed nunc amisimus, recuperandæ causâ. §. recuperandæ. Inst. h. t.
- Vnde vi. 159. Horum 17. genera Menoch. in commentar. recuper. poss. recentet: Primum est Vnde vi, restitutorium §. restitutoria. Inst. eod. competens ei qui per vim possessione rei immobilis deiectus est, l. 1. §. hoc interdictum. & seqq. ff. unde vi. d. §. recuperandæ. l. 2. l. 4. in pr. C. unde vi.
- Cuidetur. 160. Datur etiam prædoni non tantum contra tertium, d. l. 1. §. qui autem me. verum etiam contra ipsum rei dominum, arg. l. 17. ff. d. 1. VVes. in par. ff. h. t. Schneid. ad §. 7. nu. 23. Inst. d. t. Fachin. lib. 8. c. 10. Bronchi qnta. 2. miscel. controu. assert. 50. Diff. Menoch. rem. 1. recuper. poss. n. 113. & seqq.
161. Pertinet etiam hoc interdictum ad eum, qui fundo uti, fruis, prohibitus est, id est, ad fructuarium. l. 3. §. pertinet. d. 1. Menoch. d. loc. n. 74. Idem & de Emphyteuta dicendum puto, utiliter tamen, arg. d. §. pertinet.
162. Sedam eocasū quando ob non solutum canonem fundus in commissum incidit, hoc interdicto experiatur emphyteuta, dubiūris est. Menoch. affirmanti subscribimus: ratio, quia licet emphyteuta dicatur ipso iure hoc casu priuari, tamen non potest sola domini manu de possessione deiici, adeoq; ante omnia restituendus,

tuendus. vid. & Fachin. lib. 1. c. 95. Treatl. th. 5. lit. i. vbi lit. k. idem etiam de vasallo asserit, contra tertium, non autem contra dominum.

163. Competit aduersus eum, qui ipse, vel cuius familia deiecit. Aduersus d. l. 1. in pr. & §. ait praetor. etiam eo casu vbi non possidet. d. l. 1. §. ex quem. interdicto. l. cum à te. 7. l. si vi. 15. eod. & contra procuratorem d. l. 1. §. quoties. d. l. 3. §. cum procurator. Etiam contra eum qui deiectionem ab alio factam ratam habuit d. l. 1. §. sed et si. d. §. cum procurator. in fin. etiam contra heredes in quantum ad eos peruenit d. l. 1. §. vlt. l. 2. ff. eod.

164. Potest autem actio huius interdicti per quemcunq; exerce- Per quos. ri l. momentaria. 3. in pr. C. qui leg. person. standi in jud. l. 1. ibi: nec eos qui. C. si per vim vel alio modo.

165. Venit in hoc interdictum omne id quod interest, etiam Ad quid. damnum quod sensit vi deiectus, omnisq; causa. d. l. 1. §. qui vi deie- etus. §. non solum. l. 6. & l. 15. eod. l. si de possessione. 4. ibi: cogereq;. C. eod. Et haec quidem vera sunt dummodo agatur intra annum, post an- num autem de eo tantum quod ad eum peruenit, qui deiecit, iudicium praetor dat. d. l. 1. in pr. vide etiam Schneidvv. §. 1. n. 26.

166. Ex predictis igitur constat etiam fructus venire in hoc iudicium, id quod affirmatur non tantum de perceptis, licet in honeste. l. 27. in fin. ff. de pet. her. Hanon. disp. iurid. II. th. 13. lit. f. sed etiam quos deiectus percipere potuisset, honeste tamen. l. 4. C. unde vi. l. 5. C. de usur. l. 62. §. vlt. ff. de rei vind.

167. Secundum recuperandæ possessionis remedium est Con- Remed. redictio indebiti, ex l. indebiti soluti 15. §. sed et si. ff. de condition. indeb. cuper. pos- quâ auocatur possessio, quam quis falsò existimans se debere alter- sess. ex l. 15. §. 1. ff de rem. ei, eidem tradidit.

168. Est autem ex æquitate quadam adiumentum hoc remediu- um ad auocandam præsertim rei mobilis possessionem, pro qua nullum fuerat concessum interdictum recuperatorium. l. rem que nobis. de acquir. poß. d. l. 1. §. illud utiq;. de vi & vi arm. Menoch. rem. se- cund. recip. poß. n. 2.

169. Tertium est ex l. 2. ff. de cond. tritic. quod cùm in forensi pra- Rem. l. 2. ff. xi non sit multum vsu receptum, hîc etiam de eo pluribus agere su- de cond. trit. persedeo, remittens lectorem ad Menoch.

Rem. l. 32. 170. *vbi* Quartum est ex l. 32. ff. de reb. cred. conditio sc. certi vel condictio sine causa; si rei aliquis possesso ad alium sine causa peruenit, de quo itidem vid. plura apud Menoch.

Remed. ex 171. Quintum est ex l. extat. 13. ff. quod met. caus. l. creditores. 7. ff. ad l. l. extat. 13. *Iul. de vi priuat.* quo creditor rem sibi debitam propriâ autoritate, ff. quod irrequiso iudice temerè possidens non tantum possessionem amittit, verum etiam ius crediti non habebit.

Ad quid 172. Agit igitur hoc casu debitor conditione ex lege, ad rem competat. vel possessionem auocandam repetendamq;. Menoch. rem. 5. n. 4.

*Diss. ab ipso alleg.* qui conditionem indebiti hoc casu locum habere putant, sed male. Cum hīc per debitorem nihil sit solutum quod repeti possit.

173. Quid autem si creditor non rem sibi debitam sed diuersam nullo modo sibi obligatam occupat? adhuc constitutioni dd. II. locum esse puto: Non enim debet esse melioris conditionis, occupans non obligata, quam occupans obligata. Imò magis ille quam hic peccare videtur. Hic siquidem colorem quendam suo facto obducere potest, ille autem omni excusatione destituitur. Accedit ipsa constitutio in verbis: rem ullam debitoris vel pecuniam debitam &c. vid. Menoch. d. loc. n. 6. & ibi plura.

Rem. l. I. C. 174. Sextum est ex l. I. C. si per vim vel alio modo. quo agunt absentium nomine possidentes, aduersus eos qui per vim vel alio modo absentis possessionem occuparunt.

175. Quæritur hīc: An sit hæc noua constitutio præter interdictum Vnde vi? Affirmat Menoch. rem. 6. n. 4. arg. l. ius ciuile. ff. de iust. & iur. l. I. §. si quis simpliciter. de V. O.

Remed. l. 176. Septimum est ex l. inuasor. 5. C. vnde vi. ex quo possessio rei inuasor. C. alienæ etiam alio modo quam vi usurpata veluti errore vel incuria dominire repetitur. Menoch. rem. 7. vbi n. 12. veram huius constitutio- nis praxin monstrat. Eleganter & breuiter Maranta p. 4. distinet. 7. num. 50.

Remed. l. 6. 177. Octauum est ex l. meminerint. 6. C. vnde vi. quod competit C. vnde vi. quando aliquis sub specie rescripti principis vel præcepti iudicis, inuadit possessionem alienam propriâ auctoritate, hoc enim casu cadit suo iure, & possessionem tenetur restituere. Marant. d. distinet. 7. n. 48. Vult. d. c. 21. vide Menoch. rem. 8.

178. No-

179. Nonum remedium est conditio ex l. si quis in tantam. 7. C. Remed. l. 7.  
vnde vi. quæ competit quando quis propria autoritate ingreditur  
violentè possessionem non tantum rerum immobilium verùm et-  
iam mobilium, imò etiam propriarum, quarum possessio erat apud  
alium Dn. Vult alleg. c. Maran. d. distinct. 7. n. 51.

C. vnde vi.

179. Datur hoc remedium ei qui possessione deiectus est d. l. 7. Cui detur.  
Vnde consequenter sequitur, depositario à depositore, commo-  
datario à commodatore inquilino vel colono à locatore deiectis  
non dari. arg. l. 9. ff. de rei vind.

180. Datur autem contra omnes qui deicerunt, paucis exce- Aduersus  
ptis, etiam contra eos quibus in iure errare permittitur, vt sunt : quos,  
minores, mulieres, rustici, milites. Menoch. rem. 9. n. 9. & seqq. Bronch.  
cent. 2. misc. cont. aff. 49. Treutl. th. vlt. lit. c.

181. Sed & illud controuersum h̄c inuenio, vtrum ipso iure an  
verò sententiâ iudicis quis dominio rei suæ hoc casu priuetur?  
Hoc affirm. Menoch. d. rem. 9. n. 305. quod tamen in beneficialibus  
limitat idem n. 306. an rectè, dabit collatio.

182. Decimum remedium est ex l. si coloni. 14. C. de agr. & censit. ex Reme. l. 14.  
qua, si coloni bona fide possessi fugerint, prius restituenda est bo- C. de agric.  
norum possessio possessori. & censit.

183. Hoc remedium vt competat, tria requiruntur: 1. quòd a- Eius requi-  
ctor sit bona fidei possessor. 2. quòd sine iusta caussa ceciderit pos- sita.  
sessione. 3. quòd res peruererit ad reum sine vitio. Eleganter  
Marant. d. distinct. 7. nu. 45. plura vide apud Menochium remed. 10.  
per tot.

184. Undecimum remedium est ex l. conductores. 34. C. locat. & l. Remed. l.  
non abs re. 10. C. eod. quod obtinet si conductor locatori possessionem conducto-  
interuertat & dominij quæstionem moueat, quo casu non tantum res. 34. C.  
ad rei restitutionem verùm etiam ad ipsius estimationem con- locat.  
ductor condemnatur. Mar. d. dist. 7. n. 52. vide Menoch. rem. 11. & ibi n. 30.  
harum constitutionum praxin.

185. Duodecimum est ex l. fin. C. de prætor. pign. ex quo creditor Reme. l. fin.  
possessionem pignoris, siue conuentionalis, siue prætorij, quocunq; C. de præt.  
modo amissam recuperat. pign.

186. Iuuari hac constitutione etiam eum qui culpa sua ex posses-  
sione cecidit, dubium non est. Sed de qua culpa hoc sit accipien-  
C 3 dum

dum dubitari posset? de leui non lata respondet Menoch. remed. 12.  
nu. 8. 9. tum, quod in dubio appellatione culpæ veniat leuis: tum,  
quod lata culpa dolo æquiparetur, l. quod Nerua. ff. deposit. Dolus au-  
tem doloso non prodest, l. ne ex dolo. ff. de dolo.

Remed. l. 187. Decimumtertium est ex l. fin. C. unde vi. ex q. o possesso va-  
fin. C. vnde cans, absente domino sine iudicis autoritate occupata ab eo qui  
vi. sciebat rem non esse suam, neque sibi debitam, restituitur. Dn. Vult.  
d. c. 21.

188. Obserua dolum venire in hoc remedium quo distinguitur  
ab eo, quod datur ex l. inuasor. 5. C. unde vi. de quo sup. rem. 7. vid.  
Mar. d. distinct. 7. n. 50. & 54.

189. Secundò obserua requirere hoc remedium possessionem  
vacantem. Est autem possessio vacans, quæ nec animo nec corpo-  
re possidetur. gl. in l. idcirco. C. de fide instrum. & in l. improba. C. de ac-  
quirend. poß.

190. Hinc queritur an constitutioni d. l. fin. etiam locus sit, ubi  
primus possessor adhuc ciuiliter possidet? aff. Menoch. rem. 13. n. 11. &  
seq. distinguendo inter possessionem naturalem & ciuilem.

Remed. l. 191. Decimumquartum est ex l. vlt. C. de acquirenda poss. quo do-  
vlt. C. de ac- minus possessionem facto & culpa serui, coloni vel alterius cuius-  
quir. poss. uis Menoch. rem. 14. n. 24. cum seqq. amissam recuperat. Marant. d. loc.  
n. 59. prax in huius l. vide apud eundem n. 50.

Remed. c. 192. Decimumquintum est ex c. redintegranda. 3. q. 1. competens  
redinte- generaliter ei, qui sine iusta cauſa cecidit à possessione, quæ per-  
granda. 3. uenit ad alium siue bonâ fide siue malâ, siue scienter siue ignoran-  
ter, siue cum vitio siue sine vitio, siue cum titulo siue non. Mar. d. loc.  
q. 1. n. 58. Deniq; sine vlla personarum & rerum distinctione dari hoc  
remedium concludo cum Gail. 2. obser. 75. n. 10. & seqq. Myns. 3. obs. 85.  
Menoch. rem. 15. nu. 80. cum multis seqq. & alys à Treutl. d. disp. th. vlt.  
lit. d. & e. allegatis.

193. Ex his liquidò constat pinguis & salubrius hoc esse reme-  
dium, quam interdictum vnde vi. Hoc siquidem requirit violenti-  
am, illud non: hoc de rebus tantùm immobilibus illud etiam de  
mobilibus & incorporalibus datur: illud tantum contra vniuer-  
salem successorem hoc, etiam contra singularem competit. Marant.  
d. num. 58.

194. Deci-

194. Decimumsextum est ex c. sape. 18. de restitut. spoliat. quo spo- Remed. e.  
liatus à quolibet tertio possessore qui non spoliauit sed scienter  
rem habuit à spoliante, sciens eam esse vitiosam, recuperat. d.c.sape. sape. 18. de  
rest. spol.

195. Pinguis igitur hoc remedium illo quod habetur l. 7. ff. de  
vi & vi arm. dum contra tertium hoc casu experiri non conceditur.  
*Mar. d.l.n.55.* At contra, pinguis quam hoc, est remedium ex d. o.  
redintegranda. cum hoc tantum detur contra possessorem cum vitio:  
illud etiam sine vitio. *idem Mar. n. 58. in fin.*

196. Labitur igitur dn. Hænon. th. 12. d. disp. dum contra tertium  
possessorem, qui bonam fidem ac iustum titulum habet, aliquod  
remedium recuperandæ possessionis non competere afferit. cum  
Hænon. facit Menoch. *recup. poss. rem. 15. quest. 13. Fachin. lib. 8. contr.*

6. 12.

197. Decimumseptimum & ultimum remedium est Officium iu- Ultimum  
dicis, ad quod, alijs remedij possessorijs deficientibus, recurren- recuperād.  
dum. Exemplum habes in l. Attilius. 27. vers. quod si expulsus. ff. de possess. re-  
donat. Plura remedia recuperandæ possessionis vide apud Menoch. med. Offici-  
um iudicis.  
d. distinct. 7.

198. Generaliter h̄c circa recuperandæ possessionis interdicta  
obserua, quod duo his agenti sint probanda. 1. actorem possedisse.  
2. à reo esse despoliatum, *Schneid. in pr. Inst. de interd. n. 10. Gail. 2. obs.*  
*129. n. 10. de arrest. obs. 5. n. 9.*

199. Postremò coronidis loco notetur illud I&i Caij consilium:  
is, inquit, qui destinavit rem petere, animaduertere debet, an ali-  
quo interdicto possit nancisci possessionem: quia longè commo-  
dius est, ipsum possidere, & aduersarium ad onera petitoris com-  
pellere, quam alio possidente petere. l. 24. ff. de R. V. Idem consilium  
vide apud Old. class. 2. in proleg. de iur. poss. proseq. Eundem etiam de singulis  
interdictorum generib. vid. ead. class. 2.

*Et hac de Interdictorum materia frequenti & utili, de quorum causis,  
effic. mater. form. fin. nihil peculiariter & separatim addo, cum diligenter le-  
ctori ex premiis satis apparebunt.*



Corol-



## Corollaria Politica.

1. *An Oeconomica rectè pars Politicæ constituatur?*
2. *An Iudæi sint habendi numero ciuium?*
3. *An Cingari, germanicè Zigeuner / in imperio tolerari debeant?*
4. *Vtrum tutius planis, an montosis locis collocare arces?*
5. *Vtrum præstet propugnaculis ciuitates munitas esse quam ijs carere?*
6. *An princeps nouus mutare debeat prædecessoris sui consiliarios?*
7. *An stratagematis vti, gloriosum & honestum sit?*
8. *An, vt sordidarum artium professione: ita aduocandi munere nobilitas amittatur?*
9. *An vt vitium, ita paupertas nobilitatem tollat?*
10. *Vtrius, an qui ex genere, an qui ex propria virtute nobilitatur, maior sit dignitas?*
11. *An consuetudine iureq; hæreditario fæminæ ad Magistratum siue Imperium admitti possint?*

F I N I S.







AB: 153966

ULB Halle  
001 509 306

3



Sb.

VDA 17





# Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black

